8258 ✝ hic requiescit in pace b. m. Honorata clarissima et | p. f.[1], coniunx Tzittani com. et trib., quae vixit in hoc saec. | ann. XL, depos. est sub d. kal. Febr. ind. prima, imp. et cons. | d. n. Iustini p. p. Aug. anno tertio[2]. | Rogo te per dm. omnpm. et IHM X[ϱ]I Nazarenum, ne me tangas nec sepulcrum meum | violis, nam ante t[*ri*]bunal aeterni iudicis mecum causam dicis.[3]

Albingauni (V 7793 vidit Mommsen). — 1) *Expectaveris* sp. f. *(spectabilis femina).* — 2) *A. 568.* — 3) *Talia ex christianis inscriptionibus congessit Gatti Roem. Quartalschr. 6, 1892 p. 267 seq.*

8259 C. Apidius Primus sibi et | Aristiae Arche | patrónae uxórique suae, et | suis. testamento suo, posterisq. | eorum, et ossua eórum quando | quique[1] eorum décesserit, ibi | condi ius potestásque esto.

Romae (VI 12129 vidit Henzen). — 1) *Scr.* quisque.

De hac inscriptione et iis quae sequuntur cf. Mommsen zum roem. Grabrecht (Zeitschr. d. Savignystift. f. Rechtsgesch. 16, 1895) p. 212 seq.

8260 Annia Festa | fecit sibi et | coniugi carissimo et | quos in testamento | heredes nominavero.

Romae rep. (VI 7474 Henzen vidit imaginem photographicam).

8261 L. Pontius | Phegeus | sibi et | Castriciae | Eutychidi | uxóri optimae, | líbertís libertábusq. | meís, quós tabulis honó|ravi, posterísque eorum.

Puteolis rep., est Neapoli (X 2878 vidit Mommsen)

8262 Curtia P. l. Regilla fecit sibi et | P. Curtio P. l. Euno patrono suo. | Quorum nomina postea in titulo inscribi | voluero in hoc monumento, testamento significabo.

Romae (VI 16664 vidit Henzen).

8263 C. Vellaeus Albanus | sibi et | Cluatiae Cn. l. Themid[*i*], | Tagulliae Ɔ. l. Procne, | Sex. Pulfennio Rufo. | In hoc monimento ali inuri licet | nulli nisi quorum nomina s. s.[1]

Canusii rep., est Neapoli (IX 405 vidit Mommsen). — 1) *Scripta sunt.*

8264 d. m. | C. Pompeius Maximus | et Pompei[*a Eu*]tychia fecerunt | se vivi libertis libertabusque | posterisque eorum et cuius cumque | nomen intus inscriptum erit. | H. m. h. n. s.

Romae ad viam Appiam, in sepulcro Volusiorum ut videtur, rep. (VI 7284 vidit Henzen; in parte aversa titulus servorum domus Volusiae).

8265 d. m. | C. Brutti Telesphorionis, C. Brutti Praesen|tis c. m. v.[1], II cos.[2] lib. Numidae[3] ipsius, loco si|bi donato a L. Bruttio Quintio Crispino, fili|o eius, cos.[4], patrono, vivus sibi fecit et Ca|rico lib. suo et ceteris libertis libertabus|que suis posterisque eorum omnium | futurorum. Hoc monumentum ex mea | frugalitate feci et eis qui supra scri|pti sunt,

archive.org